



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 63. Quorundam Franciæ Episcoporum, aliorumque Zelus contra  
Appellantes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

millesimo septingentesimo vigesimo se- Sæc. XVIII.  
cundo. A. C. 1722.

*Michael Angelus Tambourinus.*

*Antonius Miser J. C. R.  
Secretarius.*

Has literas tanti habuit Archiepi-  
scopus, ut illas non modo pretiosæ in-  
cluderet capsulæ, sed palam etiam  
profiteretur, quod eas una, altera vero  
manu Constitutionem *Unigenitus* tenens  
sepeliri vellet: Nempe sancta simplici-  
tas non raro in Enthusiasmum de-  
generat.

§. LXIII.

*Quorundam Franciæ Episcoporum  
aliorumque Zelus contra Ap-  
pellantes.*

Crescente indies Constitutionem reci- *Dorsann.*  
pientium numero, Franciæ Præ- *l. c. p. 122.*  
sules Regis, ac Regentis auctoritate  
suffulti refractarios ad obedientiam Ec-  
clesiæ decretis debitam revocare, omni-  
virium contentione adlaborabant, &  
quidem Gratianopolitanus Episcopus  
acceptationis formulam præscripsit,  
quam omnes Diæcesis suæ Ecclesiastici  
signare jussi sunt: unde Jesuitæ, Ca-  
puccini, Franciscani & tempore Jubilæi,  
&

Sæc. XVIII. & Paschatis omnibus suis pœnitentiis  
 A. C. 1722. Sacramentalem denegabant absolute-  
 nem, nisi debitam spondissent sub-  
 jectionem: Normandus quoque Ebro-  
 censis, necnon Tavannius Catalaunen-  
 sis, San-Albinus Laudanensis & La-  
 cionensis Episcopi præprimis forme-  
 lam, qua Jansenii liber damnabatur  
*pure & simpliciter* ab omnibus subscri-  
 petebant: postea Constitutionem juxta  
 concordiam Anno 1720. Mense Martio  
 inter Franciæ Præsules initam accep-  
 tari, omnesque appellationes esse nul-  
 las, nulliusque roboris juxta Regiam  
 declarationem ejusdem anni die quarta  
 Augusti ab omnibus Parliamentis re-  
 ceptam, & præfatæ Constitutionis pro-  
 mulgationem Regiis Ludovici XIV. Li-  
 teris confirmatam declarari præcepe-  
 runt, refractariis vero concionandi, et  
 confessiones excipiendi facultatem de-  
 negarunt. Ad hujus exempli imitatio-  
 nem animabantur ceteri Franciæ Epi-  
 scopi mandato ipsius Regni Regentis,  
 qui omnibus Regni Præsulibus signifi-  
 cari jussit, Regem velle, ut deinceps  
 nullum beneficium conferatur, nisi pro-  
 movendi prius formulæ contra quinque  
 Jansenii propositiones simpliciter &  
*pure* subscripserint, Regem enim in quo-  
 tulisse animo, quod contra præfatas  
 propositiones formulæ subscriptio n  
 qui-

quibusdam hucusque omiffa fuiffet: Sæc. XVIII. A. C. 1722.  
 Eapropter Laudanenfis Epifcopus octo  
 Canonicos refractarios a Capitulo,  
 & alii Epifcopi Clericos a beneficiis  
 excluferunt. Igitur Quesneliftis Epi-  
 fcopalis ac Regiæ auctoritatis pondere  
 omni ex parte preffis, utriusque Cleri  
 Sacerdotes liberius unguës in ulcera  
 infigere cæperant, ac præprimis qui-  
 dam Ecclefiafticus nomine de Hotteux,  
 dum Parisiis in Ecclefia S. Ludovici in  
 Infula rem Divinam peragebat, facram  
 Hoftiam manu tenens, vultu ad popu-  
 lum converfo dicebat, *juro ac proteftor*  
*coram Deo, quem in manibus meis teneo, me*  
*potius mori velle quam ulli ex illis, qui ap-*  
*pellarunt, vel Appellantibus confefsi funt,*  
*etfi Pater & Mater mea, Princeps aut*  
*ipfemet Rex foret, ad Sacram Synaxin*  
*admittere.* Teveninus pariter ejusdem  
 Ecclefie Concionator in fuo fermone  
 occasione Jubilæi habito ad populum  
 dicebat, quod Conftitutioni obluçtantes,  
 vel appellantibus confitentes, quamvis  
 Cardinales, Archiepifcopi, Epifcopi,  
 Doctores, Parochi, &c. forent, Jubi-  
 læi gratiam recipere nequeant, nec  
 etiam ad abfolutionem fint admittendi,  
 fiquè confefiones fuas tempore Pafchali  
 peragant, Ecclefie præcepto non fatis-  
 faciant: Moderatius egerant Patres  
 fancti Lazari, qui ab Ebroicenti fuo  
 Epi-

Sæc. XVIII. Episcopo de Constitutionis æquitate  
 A. C. 1722. convicti præscriptæ formulæ pure &  
 simpliciter subscripserunt. Cistercienses quoque in suis comitiis congregatis annuentibus cunctis pro acceptanda hac Bulla die vigesima septima Aprilis sequens condiderunt statutum:

„Cum anxietates quædam, quæ  
 „in animis quorundam e nostris oritur  
 „contigit occasione *Constitutionis Unigeniti*  
 „*Unigeniti* evanescere omnino debuerint  
 „post explicationes omnium ferme  
 „Episcoporum consensu editas, quibus  
 „bus falsæ & alienæ a vero sensu  
 „interpretationes amoventur. Nos Capitulum  
 „generale constituentes statuerimus ac decernimus, ut sanctæ  
 „Apostolicæ ac Præfulibus obedientiam  
 „ac reverentiam palam contestemur  
 „*Constitutionem Unigeniti* ab omnibus  
 „nostris Religiosis esse observandam, &  
 „injungamus omnibus Superioribus  
 „Congregationis, ut siquis nostrum  
 „contra dictam *Constitutionem*, præ-  
 „fatas explicationes & Regia edita  
 „super hoc edita scripto, verbo, vel  
 „facto attentare præsumat, in delinquentes  
 „pro munere secundum statuta  
 „ordinis nostri severe animadvertant.

Insuper PP. Benedictini Congregationis S. Mauri Parisiis pariter in suis comitiis de rejicienda omni appellatione

tionem agebant, eorumque quinque Ab-  
 bates Viroduni declarabant, Constitu-  
 tionem in universa Germania esse re-  
 ceptam, appellationes esse schismati-  
 cas, eosque Religiosos, qui suæ appel-  
 lationi immoriuntur, unacum Ecclesia,  
 quæ illos jamjam excommunicavit,  
 pro excommunicatis haberi.

§. LXIV.

*Quarundam Universitatum Gallica-  
 narum oppositio.*

Sub idem tempus Pater Harivelus Je-  
 suita Theologiæ Professor in Vene-  
 tiensi Collegio, absente Fagonio Epi-  
 scopo, anno priori quasdam proposi-  
 tiones, ut creditum, temerarias, la-  
 xasque dictabat, atque inter alias,  
 quod actuum humanorum natura exigat qui-  
 dem aliquo sensu, ne contra Deum fiant,  
 non tamen exigat, ut fiant propter Deum,  
 quia nulla lex jubet omnes & singulas actio-  
 nes nostras referre ad Deum directe & ex-  
 presse . . . . . Quod si voluptas & ju-  
 cunditas non est mala, non est nescias in ea  
 conquiescere. Esse peccatum bibere & come-  
 dere ob solam voluptatem, damnandum non  
 putamus, quia licite potest appetitus natu-  
 ralis suis actibus frui (\*). Accusatione  
 facta

*Dorsann. 1 3  
 Journ.  
 pag. 112.*

(\*) Vide octavam inter LXXV. proscri-  
 ptas ab Innocentio XI. propositiones.